



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Si vir & vxor simul tenere valeant puerum. H

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



bere. Non n. per carnis vnionem ad vnionem Sp. transitur. Sed sciendum, quod auctoritas Nicolai de illo ait, qui vxori suæ debitum reddidit, postquam cōmater illi<sup>9</sup> extitit. Aliæ vero auctoritates de illo agunt, cuius vxor postquã à viro suo delinquitur, illius cōmater efficitur, nec post cōpaterinitatē à viro suo cognoscitur: vel de illo potius agunt cui<sup>9</sup> vxor ante defūgitur, q̄ ab eo cognoscatur.

*Si vir & mulier possint simul tenere puerum.* H

Solet etiam quæri, Si vxor cum viro simul debeat in baptismo suscipere puerum? De hoc Vrbanus ait, Quod vxor cum marito in baptismo simul non debeat suscipere puerum, nulla auctoritate videtur vel reperitur prohibitum: sed vt ipsa puritas spiritualis paternitatis ab omni labe & infamia conseruetur immunis, decernimus vt vtrique simul ad hoc aspirare non præsumant. Quia vero piaculare flagitium commisit, quia duabus commatribus velut sororibus nupsit, magna pœnitentia debet ei iniungi.

*De secundis & tertiis nuptiis & deinceps.* I

Sciendum est etiam, quod non solum primæ, vel secundæ nuptiæ sunt licitæ, sed etiam tertiæ & quartæ non sunt damnandæ. Vnde Aug. Secundas nuptias omnino licitas, Apostolus concedit. De tertiis a. & quartis, & de vltra pluribus nuptiis, solent homines mouere quæstionem: Sed quis audeat definire quod nec Apostolum definisse video. Ait n. Si dormierit vir eius, cui vult nubat. Non dicit, primus, vel secundus vel tertius, vel quotuslibet: nec à nobis definiendum est, quod non definit Apostolus. Vnde vt breuiter respondeam, nec illas nuptias debeo damnare, nec eis verecūdiam numerositatis auferre: nec contra humanæ verecūdiæ sensum audeo dicere, vt quotiens voluerint nubant: nec ex meo corde præter scripturæ auctoritatem, quotaslibet nuptias damnare. Item testa-

*Ibidem cap.  
Quod vxor.*

*Aug. ca. 12.  
lib. de bono  
viduitatis  
tom. 4.  
1. Cor. 7.*

testa-